



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Trostbrunn Das ist/ Tröstliche vnnd außführliche
erklärung von dem Vertrawen auff Gott**

Du Sault, Nicolas

Cölln, 1659

Approbatio Doctorvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46766](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46766)

APPROBATIO DOCTORVM.

EGo intra-scriptus in sacra Theologiæ
Facultate Parisiensi Doctor, Eccle-
siæ Cathedralis Lemovicensis Canoni-
cus, Officialis, & Vicarius Generalis Ill.^{mi}
& Rev.^{mi} D. Francisci de la Fayette, Le-
movicensis Episcopi, fidem facio lectum
à me *Tractatum de fiducia in DEUM*, in
quatuor libros distributum, compositum à R.
P. NICOLAO du SAULT, Societatis IESU,
& Theologiæ moralis in Collegio ejusdem urbis
Lemovicensis Professore. Cōsiderationes inibi
explicatæ, meo iudicio, sunt utilissimæ,
magni momenti, & salutare: doctrina
orthodoxa & Catholica: argumenta, in-
ductiones, & conclusiones deductæ, ex
puris fontibus Theologiæ scholasticæ,
positivæ & moralis. Lector hîc reperiet
theoriam & praxin veræ, unicæ, & solidæ
quæritis cogitationum affectuumque hu-
manorum, & securè inhabitare poterit
domum Evangelicam, quæ nullis sit ob-
noxia cuniculis, suffocionibus, procellis,
& tempestatibus. Hîc maximæ acerbita-
tes mutantur in admirabiles suavitates,

con-

M.
—
giæ
cle-
ni-
mi
Le-
um
in
R.
su,
rbis
ibi
æ,
na
n-
ex
æ,
et
læ
u-
rit
b-
is,
a-
s,
n-
—

consolationes fortiores sunt doloribus,
& validissimi quique incurfus afflictio-
num & tribulationum retunduntur armis
omnipotentibus, quibus bonus DEVS
eos munire consuevit, qui se ipsius tute-
læ ac benignitati permittunt. Privatem
Lectorem fructu & voluptate, quã plu-
rimam capiet, ex Authore ejulq; opere,
si pluribus animi mei sententiã declara-
rem; cui subscripsi in vrbe Lemovicensi,
23. Maij. Anno 1637.

I. BANDEL

EGO infrascriptus Doctor Theologus
Facultatis Parisiensis, & Curio Civi-
tatis, & Parochiæ Treignacensis apud in-
feriores Lemovices, testor legisse me *Tra-*
ctatum de fiducia erga Deum, in quatuor libros
divisum, authore R. P. NICOLAO du
SAULT, Theologo Societatis IESU, & in Colle-
gio Lemovicensi casuum Conscientiæ Professore;
eundemque reperisse non modò con-
sentientem doctrinæ Ecclesiæ Catholi-
cæ, & Romanæ; verùm etiam refertum
innumeris documentis cuiusvis hominum
generi profuturis ad pacem & tranquil-
lita-

litatem animi conservandam, quibus
adversus omnes hujus vitæ afflictio-
nes pro vallo & munimento utantur.
Quâ in re, meâ quidem sententiâ, longè
excellit pulcherrimis quibusque argu-
mentis è Philosophia Stoica petitis; idq;
tantò gloriosius, quantò principia, qui-
bus nititur, absque comparatione certi-
ora sunt axiomatis sapientiæ humanæ,
rationes ipsius efficaciores, incitamenta
perfectiora, quæque viâ modoque pla-
niori & securiore deducunt ad finem
longè feliciorum. Ita censi & subscripti
Treigniâci 12. Maij. Anno 1637.

DE SAINCT-PERE.

CENSURA ORDINARII.

Tractatus de Fiducia in Deum in quatuor libros
divisus, & Gallicè conscriptus: Auctore R. P. Nico-
lao de Sault Societatis Iesu, atque à R. P. Melchio-
re Breidébâch ejusdem Societatis in Germanum idio-
ma translatus, quibus in rebus fiducia collocanda,
quidque amandum aut fugiendum sit, ex fundamen-
tis Christianæ fidei Lectori proponit. Cumque Ortho-
doxæ fidei bonisve moribus nihil contrarium contine-
at, utiliter imprimi poterit. Colonia 17 Julij 1659.

Adrianus de Walemburch
Metrop. Colon. Ecclesiæ
Presb. Can. & Censor Lib-
ry Ordin.